



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Liber Primvs. Dialogus. Interloquutores, Orthodoxus & Cacodoxus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

F. IOANNIS SLO-
TANI GEFSENSIS SA-
CRAE THEOLOGIAE PROFES-
soris De retinenda fide orthodo-
xa & Catholica aduer-
sus hæreses &
sectas

LIBER PRIMVS.

Dialogus.

Interloquutores, Orthodoxus &
Cacodoxus.

CAPVT PRIMVM.



ACOD. Quousque Or-
thodoxe vanissime per-
stabis in semel malefixa
sententia? Quandiu Pa-
pisticis nugis adhærebis?
Quando veritatis lumen errore deposi-
to agnosces atque amplecteris? Satis iã-
diu veritati reluctatus es. Satis iã mul-
tis argumentis pertinaciam demonstra-
sti tuam. Cede vel tandem veritati, per-
B tina-

B tina-

IOANN. SLOT. GEF.

tinaciam pone & Euangelicum lumen
(quod haectenus quidem vel obfuscatũ
vel ignoratum fuit) obuijs (quod aiũt)
vlnis excipe, Euangelicam & apostoli-
cam doctrinam (quæ singulari diuinæ
bonitatis dignatione iã vniuerso inue-
hiĩt mũdo) arripe, nec te patiaris errorũ
tenebris diutius detineri. ORTHOD.

Quam nouam lucem ego hic audio?
quodnam nouum Euangelium? Vel
quamnam Euangelicã & apostolicam
doctrinam? Num Catholica & Apосто-
lica Ecclesia, vnquã caruit Euangelio?
An vnquam ei defuisse credẽda est Ca-
tholica & Apostolica doctrina? Nũ po-
test esse aliud Euãgelium, præter illud
quod accepimus à Christo, Apostolis
& Euangelistis? An potest esse alia do-
ctrina, præter Catholicam & Aposto-
licam quæ latere potuit Ecclesiam ab i-
nitio sui vsque ad hæc noĩtra tempora?
Cedo Cacodoxe quænam isthæc est no-
ua illuminatio, quod Euangeliũ, quod
tantopere prædicas, ad quod suscipien-
dum me hortaris, vt pertinacia deposi-
ta, veram Euangelij lucem amplectar?

Ego

DE RETI. FIDE ORTH. 2

Ego (vt ingenè fatear quod sentio) nul-
lum aliud agnosco Euangelium, nullã
aliam recipio doctrinã, quàm iam scio
agnouisse patres maioresque nostros,
qui hoc Euangelium, qui hanc doctri-
nam (quam ego sequor, & cui ihæreo,
cuique inhærebo & adhærebo, quoad
vixero) à suis quoque maioribus acce-
père, & illi deinceps à suis, donec tandè
ad Apostolos veniamus, qui hanc do-
ctrinam à Christo, & Christus à Deo ac-
cepit. Præter hanc doctrinam, omnis a-
lia mihi anathema est, & tanquam pere-
grinam & hæreticam abominor.

CAPVT II.

CAcodoxus. Audistine vnquam
Martini Lutheri nomen? nunquã
legisti libros eius? nondum cognita at-
q; perspecta est tibi eius doctrina, quã
iam tota fermè Germania, atq; aliæ plu-
mæ non contemnendæ prouinciæ, se-
quuntur atq; mordicus tenent? neque
dubito futurũ, quin breui pòst hac vni-
uersus Christianus sit acceptur⁹ orbis,
maximè vbi intelligere ac subodorari
B 2 cœperit,

IOANN. SLOT. GEF.

cœperit, quàm miserè sint hæctenus ho-
mines per sacerdotes & monachos papi-
sticos decepti, quorū imposturas Mar-
tinus Luther aded iam denudauit atq;
planè detexit, vt iam nemo sit, qui sedu-
ci possit, modò illius doctrinam sequi,
eiusq; libros euoluere curauerit. OR.
Martinum Lutherum hæresiarcham il-
lum mihi nominas, quem iam ferunt, i-
sto anno nimirum 1546. mortuū? CA.
Ille tibi hæresiarcha videtur, qui tam
purè docuit Euangelium, qui tam syn-
cerè prædicauit verbum Dei? qui tam
bene de nostra Germania meritis
est? qui nos in pristinam illam liberta-
tem restituit? OR. Desine obsecro eius
apud me falsa encomia celebrare, noli
quæso puritatem synceritatemq; do-
ctrinæ illius apud me sublimibus lau-
dibus extollere, apud quem nihil sis o-
mnino promoturus, quippe qui sciam
eum hæreses plurimas tanquam hæresi-
archam in populum sparsisse, & eius do-
ctrinam plurimos alios hæreticos pepe-
risset, & non dubitem etiam vel ob id
hæreticum habendum, quod eum Ec-
clesiæ

**Mart Lu-
therus nō
solum hæ-
reticus,
sed & hæ-
resiarcha
fuit.**

DE RETI. FIDE ORT. 3

clesiæ caput Romanus Pontifex, & omnes Christianorum Academia, & denique vniuersus Christianus orbis hæretici loco habeat. Quid quod ipse se metipsum hæreticum declarauit. Quod vt certius cognoscas, vide quid in assertionem articulorum suorum per Bullam Leonis decimi damnatorum scripserit. Si Ioannes Hus, inquit, fuit hæreticus, ego plus decies hæreticus sum, quum ille longè minora & pauciora dixerit, velut inchoans lucem veritatis aperire. Hæc ille tuus Luther. Sed iam nemini Catholicorum dubiū esse potest, quin Hus hæreticus fuerit, qui potius igne pati voluit, quàm tot eximios patres in Concilio Constantiensi (in quo viri totius Christianitatis, tam eruditione quàm morum probitate spectatissimi fuerunt) audire, propriæ sententiæ contra Ecclesiam nimis quàm pertinaciter adhæsit, ac proinde manifestarium cunctis hæreticum se fuisse prodidit. Porro cum Dominus dicat, ex verbis suis aut ore suo quemque iudicandum ac condemnandum, & itidem ex verbis suis iustifican-

Luther. se
metipsum
hæreticū
declarauit

Luc. 19^o

B 3 dum

IOANN. SLOT. GEF.

dum, & Luther dicat se decies plus Ioanne Hus hæreticum esse, quis negabit eum inter hæreticos numerandum? Et certè si Lutherus hæreticus non est, nemo vnquam hæreticus fuit. Nam aduersus omnium Orthodoxorum patrũ sententiam, statuere sua dogmata semper molitus est. Et hoc quæso quid aliud est, quàm sectam seu hæresim introducere? Nam hæresis Græcè (vt D. Hieronymo placet) ab electiõne dicitur, quòd scilicet vnusquisque id sibi eligat, quod ei melius esse videatur. Quod ante eum Tertulianus in lib. De præscrip. hæret. asseruit, docens hæreses dictas Græca voce, ex interpretatione electionis, qua quis ad instituendas, siue ad suscipiendas eas utitur. Quum itaque Lutherus diuersum à communi totius Ecclesiæ sensu, quod doceret elegerit, meritò hæreticus censendus est, & sectarum author. Ad hæc. Qui hæreticorum olim damnatorum, sepultas & extinctas reuocat hæreses, quas etiamnum approbat & defendit, nõne tibi non solũ hæreticus, verùm etiã hæreticorum patronus

DE RETI. FIDE ORTH. 4

nus & defensor videbitur? Atqui quum talis fuerit tuus Luther, adhuc obstinate perges eum negare hæreticum? CA. Quasi tu demonstrare de illo idipsum possis.

CAPVT III.

ORTHODOX. Ne per omnes discurremus hæreticorum errores, aut potius hæreticos, exempli gratia, vnum aut alterum proferemus in medium. Vvicleuistam siquidem se ostendit, quando cuncta de necessitate prorsus absoluta prouenire, non veritus est asserere. Nouatianum seipsum declarat, quòd pœnitentiam neget peccatori conducibilem esse priusquam à Deo gratiam gratum facientem acceperit. Nam quum agit peccator, quicquid in se fuerit, nihilominus tamen ipse affirmat eum peccare mortaliter, & deteriorem inde fieri. Manichæum quoque semetipsum demonstrat, quum asserit liberum arbitrium non posse non peccare, sed insuper Manichæo quouis deteriorem, quum Deum Optimum

Luther
Vvicleuistam
Nouatianum
& Manichæum se
declaraue

IOANN. SLO. GEF.

num Maximum peccati autorem facit, simul & liberum arbitrium non aliud opinatur quàm prudentiam carnis, quę spiritui & gratiæ semper reluctatur. Possem innumera propemodum istiusmodi exēpla proponere, si liberet per singulos illius errores & hæreses discurre, sed ista sufficiant. CACOD. Vos quidem multa pro hæresibus habetis, quę tamen nobis non hæreses, sed sanę doctrinæ sunt. Sed esto, donemus tibi quædam, & ad Ioannem Hus reuertamur. Qua ratione Ioannes Hus hæreticus fuit, quem Lutherus asseruit lucem veritatis inchoasse? Hæreticos scimus immerfos tenebris plusquam Cymmerijs: si ergo hæreticus fuit Hus, quomodo per eum lux veritatis inchoata est?

CAPVT III.

Ioannem
Hus lau-
dat Luthe-
rus.

ORTHO. Considerandum est nõnunquam non solùm quid dicatur, sed etiam à quo. Haud rarò nanq; vsu venit, vt quis mente vitiatus, & praua affectione imbutus & præpeditus, dicat bonum malum, & malum bonum, tene-

DE RETI. FIDE ORTH. 5

tenebras lucem, & lucem tenebras, noctem diem, & diem noctem. Quod etiã hoc loco veritatem habere perspicuum est. Afferuit ille Ioannem Hus lucem veritatis inchoasse. Quisnam ille? Nõnne Martinus Luther, Husi filius, discipulus, atque errorum hæresumq; illius resuscitator? Aliter certè loqui de magistro suo, discipulus magistro in impietate maior & sacrilegio potentior, non poterat. Laudat hæreticus hæreticum, schismaticus schismaticum, vt similes habeant labra lactucas, & dignum sit patellæ operculum. Et planè necessum est vt vanis & falsis laudibus, hæreticorum mala soboles, tanquam mali corui malum ouum, prædicet parentes suos, & accipiant patres à filijs gloriam, qui gloriam quæ à solo Deo est, non quæsiuerunt. Nam quia ab Ecclesia (quam reli-

Ioan, 16

B 5 minia

IOANN. SLOT. GEF.

minia sempiterna afficiendi. Quū itaq;
nec à Deo, nec ab Ecclesia, desertores
Ecclesiæ, & hostes, habere laudē aut glo-
riam possint, quo plures in perfidia de-
tineantur, aut ad eam pertrahantur, ma-
lignos excitat hoīes diabolus, p quos si-
bi deuotos, mendacijs vanis, & citò
intermoritūris laudibus prædicet & ex-
tollat. Verè, inquit Cyprianus, demen-
tia est, nō cogitare nec scire, quòd men-
dacia non diu fallant, noctē tā diu esse,
quā diu illucescat dies: clarificato aut die,
& sole oborto, luci tenebras & caligi-
nē cedere, & quæ grassabantur p noctē
latrocinia cessare. Hęc ille. Laudatur hęc
retici, sed à suis, à quibus laudari vitu-
perari est. Et nō est solida eorū laus, sed
transitoria, & (vt ita dicā) momentanea.
Scitū & celebre est fortissimi Matathie
dictū, quo filios suos iā iā morituros a-
nimauit, dicens: A verbis viri peccato-
ris ne timueritis, quia gloria eius stercus
& vermis est. Hodie extollitur, vt cras
nō inueniatur, quia conuersus est in terrā
suā, & cogitatio eius perijt. Et Sophar
Naamathites apud Iob ait: Hoc scio à
prin-

Mendacia
nō diu fal-
lunt.
lib. 1. epist.
3.

Hæretico-
rum laus
non est so-
lida.

Iob. 20

DE RETI. FIDE ORTH. 6

principio, ex quo positus est homo super terrā, q̄ laus impiorum brevis sit & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit vsq; ad cælū superbia, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquiliniū in finē perdetur, & q̄ eū viderant, dicent: Vbi est? Velut somnium auolās non inuenietur, transiet sicut visio nocturna. Rectè quoq; Psalwista: Ad nihilum, inquit, deuenient, tanquam aqua decurrens. Sicut cera quæ fluit, auferetur. Vbi Augustinus: Multæ hæreses, inquit, iam emortuę sunt, cucurrerunt in riuis suis quantum potuerunt, decurrerunt, siccati sunt riui, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerint. Spernentur tanquam aqua decurrens. Non vos terreant fratres quidam fluuij qui dicuntur torrentes, hyemalibus aquis implentur, nolite timere, post paululum transijt, decurrit aqua, ad tempus perstrepat, mox cessabit, diu stare non possunt. Hæc ille. Accipient itaque aliquando finem suū etiam nostri temporis heretici, quemadmodū omnes qui fuerunt ante nos, quorū omnium

Psal. 97

IOANN. SLOT. GEF.

psal. 9
Arrij no-
men quon-
dam cele-
berrimum
Lib 3. Tri-
part. hi,
c 10.

Quomodo
perierit.
Manes.

Serm. de
Pente.

um memoria perijt cum sonitu. Nonne celeberrimum fuit Arrij nomen seculo suo? Nonne summis laudibus euehebatur? Siquidem pro parte eius stabant Episcopi doctissimi, & apud multos dogma eius disputationibus extollebatur. Ipse verò per mediani ciuitatem conspicuus incedens, obsequijs honorabatur satellitum. Sed perijt memoria eius cum strepitu, quia præsumptiones eius Dei iudicia sunt sequuta, eiusque impietas cum strepitu est euerfa, quando in loco fœdissimo, visceribus fœdè effusis, fœdam animam reddidit. Manes (vnde Manichei) in tantam erupit elationem, vt seipsum non solum Apostolũ Iesu Christi, verum etiam paracletum putauerit & scripserit. Cuius etiam discipuli (vt Leo Papa inquit) vt magnum quendam atque sublimem viderentur sequi autorem, in magistro suo apparuisse spiritum sanctum crediderunt, promissumque à Domino paracletum, non prius venisse, quàm his infelicium deceptor oriretur, in quo ita spiritus sanctus manserit, vt non aliud fuerit Manes ipse quàm

DE RETI. FIDE ORT. 7

se quam spiritus, qui per ministerium
corporeæ vocis & linguæ, discipulos
suos in omnem induceret veritatem,
& nunquam cognita præteritorum se-
culorum referret. Sed perijt memoria
eius cum sonitu, quando rex Persarum
(vt est videre apud Epiphanium) eum
apprehensum, cutem ipsius harundine
excoriari iussit, & sic de ipso pœnas sump-
sit. Ioannes Hus (autore Aenea Syl-
uio) ingenio peracri & lingua diserta
acpotenti, & mundioris vitæ opinione
clarus, à Bohemis tanquam apostolus
aut propheta quispiam suspiciebatur.
Sed perijt memoria eius cum foetore,
quando vtr contumax, in Concilio Con-
stantiensi, igni traditus est. Quem non
multo post sequutus est Hieronymus
Pragensis. Meruerunt quidem apud Bo-
hemos martyrum honores, nec mino-
res quam Petrus & Paulus apud Roma-
nos, sed certè apud Bohemos hæreticos
& schismaticos, apud eos qui de Eccle-
sia non sunt, sed potius de synagoga sa-
thane. Et quid mirum quòd Bohemi
hæresiarchis suis, honores martyrum
detu-

Ioannis
Hus & Hi-
eronymi
Pragensis
interitus.

IOANN. SLOT. GEF.

Ophitæ detulerint, cùm fuerint olim Ophitæ,
Caini qui serpentem venerati sunt pro Chri-
Lutheri-sto: Caini, qui Cain parricidam, & Iu-
ani. dam proditorem, inter præcipuos ha-
 bueint sanctos. Nihil enim tam absur-
 dum, quod non sine negotio persuade-
 ri possit hominibus à Deo derelictis, &
 spiritus sancti gratia destitutis. Sed ve-
 tuستا sunt illa, magis deplorandũ quod
 nostra etiam tempestate reperta est gēs
 acephala, quæ hæreticos in cinerē reda-
 ctos, & ob scelera atq; turpitudines ex-
 tremo affectos supplicio, inter Marty-
 res collocat, & Apostolorum ac San-
 ctorum festiuitatibus reiectis, eis sacra
Hæretici solennia constituat, hymnosq; decan-
hereticos tet. Hinc hymnus ille (quē de duobus
prædicant hæreticis Anno 1523. prima Iulij Bru-
 xellis concrematis confinxerunt) pro-
 dijt. Hinc & ille, quem de Ioanne Hus
 (ipsi sanctum nuncupant) in triuijs &
 compitis, in itinere & diuersorijs ac in-
Adolphus ter pocula cantillant. Hinc est etiam,
Claten- quod Colonienses apud eos malè au-
bach Colo- diunt, quia videlicet Adolphum Cla-
niæ exu- renbach conuictum atque pertinacem
stus. hære-

DE RETI. FIDE ORTH. 8

hæreticum, Vulcano tradiderunt. Hinc illud carmen Christophori Athesini defensoris Martini Buceri apostatæ & hæretici, quem malè habuit, quòd impijs magistri sui conatibus, tempestiuè obuiam itum fuit. Vnde, Hostia, inquit, sic vobis est, quondam factus Adolphus, dum propter Christi nomen in igne perit. Quem certè constat, non propter nomen Christi, sed propter articulos hæreticos quos recantare noluit, exustum esse, vt acta illius, etiã ab eius fautoribus atque defensoribus conscripta, testantur. Sed quorsum ista, inquires? nimirum vt paucis ostenderemus, qualis apud posteritatem hæreticorum nostri temporis memoria futura sit, cum modò talis sit eorum, qui nos præcesserunt, simul etiam vt doceremus, funestos semper esse exitus obstinati erroris, maximè, si impietati malitia accedat.

CAPVT. V.

CACO. Dum multis verbis & exemplis ostendere hæc conaris, interim

IOANN. SLOT. GEF.

Lux veri-
tatis non
est per Io-
annem
Hus incho-
ata.

In ser. de
pœnit,

terim dissimulare probaris, quia con-
uellere fortè non potuisti, quod Marti-
nus dixit, Ioannem Hus lucem verita-
tis inchoasse. OR. Profectò si lux veri-
tatis (quam olim Ecclesia per Christum
recepit) ita prorsus euanuit, vt per hãc
rimam necesse fuerit reparari, frustra
Deus in mundum post tot prophetas,
filium suum misit. Sed & filius post a-
postolos frustra spiritũ sanctum in Ec-
clesia reliquit: si lux veritatis sic extin-
cta fuit, vt per Ioannem Hus restituen-
da foret, mirum est, quod nec in huius
hominis vita, nec post mortem, Chri-
stus vlla pro lucis illius confirmatione,
miracula monstrasset. Nam ita facere cõ-
suevit, quoties nouam aliquam doctri-
nã lucem aperire voluit mundo. Recti-
us itaque illi conueniet, quod sanctissi-
mus & doctissimus Papa Leo in Mani-
chæum iaculatur, dicens: Non potuit
pomissio Domini, tanta per ætatum
interualla differri, nec ille spiritus veri-
tatis, quem mundus non accepit impi-
orum, ita septiformem illam donorum
suorum continuit largitatem, vt tot Ec-
clesi-

DE RETI. FIDE. ORT.

clesiæ generationes, sapientia & intellectu, consilio & fortitudine, scientia & pietate, atque ipso Dei timore fraudaret, donec prodigiosus turpium mendaciorum signifer nasceretur: cui nec hoc quidem tribui potest, quod per exiguam diuinæ inspirationis acceperit portionem, quin & hic de illa mundi extitit parte, quæ non potest spiritum veritatis accipere. Repletus enim spiritu diaboli, spiritui restitit Christi. Pari modo etiam Martini magister Ioannes Hus, lucem veritatis inchoare non potuit, quam non habuit aut accepit: fuit enim & ipse de illa mundi parte, quæ non potest spiritum veritatis accipere. Nam repletus spiritu diaboli, spiritui restitit Christi. Cæterum quomodo lucem veritatis inchoare potest, qui omni lumine tam externo quàm interno caruit, quemadmodum & hæretici omnes? CACO. Quodnam tu nobis lumen internum & externum nuncupas? ORT. Lumen externum appello doctrinam & sensum Ecclesiæ, nec non etiam patrum interpretationes. Internum verò,
C spiritus

IOANN. SLOT. GEF.

**Lumen in
ternum &
externum
quid sit,
Hæretici
carent lu-
mine in-
terno & ex-
terno.**

Gal. 5.

**Spiritus
sanctus in
sola recipi-
tur Eccle-
sia,
Epist. 50.
ad Bonifa-
cium,**

spiritus sancti vnctionem, & internam
inspirationem illuminationemque. V-
troq; lumine carent, externo quidem,
qui sensum & doctrinam Ecclesię non
recipiunt, & sanctos Ecclesię patres at-
que doctores, qui scripturas sacras ex-
posuere, itemque traditiones superbè
reijciunt. Interno verò, quia carnales
homines sunt, & planè animales, & se-
cundum hominem ambulantes. Quam-
uis enim nullum aliud crimen haberēt
præter hæresim & apostasiam, operarij
tamen carnis sunt, in eo quòd sectarij
sunt. Manifesta, inquit Apostolus, sunt
opera carnis, quæ sunt, fornicatio, im-
munditia, impudicitia, luxuria, idolo-
rum seruitus, veneficia, inimicitia, con-
tentiones, æmulationes, iræ, rixę, dissen-
siones, sectæ. Adhæc, quomodo inter-
num lumen spiritus sancti perciperēt,
qui extra Ecclesiam sunt, in qua sola, &
non extra eam, accipi potest spiritus
sanctus? Ecclesia Catholica, inquit D.
Augustinus, sola corpus est Christi, cu-
ius ille caput est saluator corporis sui.
Extra hoc corpus, neminem viuificat

Spiritus

DE RETI. FIDE ORT. 10

spiritus sanctus, quia sicut ipse dicit
Apostolus, Charitas Dei diffusa est in
cordibus nostris per spiritum sanctum,
qui datus est nobis. Non est autem
particeps diuinæ charitatis, qui hostis
est unitatis. Non habent itaque spiri-
tum sanctum, qui sunt extra Ecclesi-
am. De illis quippe scriptum est: Qui
seipso segregant, animales, spiritum
non habentes. Et iterum: Multo ma-
gis isti, inquit, spiritum sanctum non
acceperunt, ubi à corporis compage
diuisi, quod solum corpus viuificat
spiritus sanctus, extra Ecclesiam, & cō-
tra Ecclesiam Ecclesiæ sacramenta te-
nuerunt, & ciuili bello nostris contra
nos erectis signis armisq; pugnauerūt.

CAPVT VI.

CACO. Probas quidem eos grati-
tiam spiritus sancti (quam gratū
facientē siue iustificantē appellant ve-
stri) non posse extra Ecclesiam acci-
pere, possunt tamen gratiam gratis
datam: nimirum sermonem sapientiæ
& scientiæ habere, quæ ab Apostolo 1.
Cor 12. inter gratias gratis datas nume-
rantur.

Rom. 8.
Iudas.

Gratiam
gratis da-
tam, ad sa-
lutem nō
habent he-
retici.

C 2 rantur.

IOANN. SLOT. GEF.

rantur, quemadmodum etiam genera
linguarum & interpretationem sermo-
num, per quæ quidem dona ad notiti-
am veritatis peruenire possunt. ORT.
Profectò quicumq; gratia gratum faci-
ente caret, is proculdubio gratiam gra-
tis datam ad salutem propriam non ha-
bet, quæ quamuis detur ad vtilitatem,
non tamen semper illius qui possidet,
sed potius propter vtilitatem aliorum.
Adhæc quisquis ille est, qui gratia gra-
tum faciente priuatus est, ac destitutus,
quum sit sicut gubernator in tempe-
state amisso clauo, sicut equi indomiti
sessor absq; freno: & sicut miles amif-
sis armis in bello, facilè circūueniatur,
vincatur, & seducatur necessum est, &
ad errores aut pertrahatur, aut in eis-
dem contineatur. E contra autem spiri-
tus sanctus, spiritus est veritatis, indu-
cens hominem in omnē veritatem, do-
cens ipsam veritatem, & nebulas omnes
caliginosæ perfidiæ disijciens & expel-
lens. Vnde fit vt vbi ille non habet do-
miculum, vbi lucis illius non irradiat
radius, densissimæ tenebrę mentem ho-
minis

DE RETI. FIDE ORTH. 11

minis operire incipiant. Vnde canit sacrosancta per vniuersum orbem mater Ecclesia, columna & firmamentum veritatis spiritum sanctum interpellans & dicens: O lux beatissima, reple cordis intima, tuorum fidelium. Sine tuo numine, nihil est in lumine, nihil est innoxium. Possunt itaque habere sermonem sapientiæ & scientiæ, quemadmodum etiam genera linguarum & interpretationem sermonum, sed abutuntur eis, & ob id ad salutem non habent. Cû enim habitum fidei non habeant, licet habeant notitiam eorum quæ sunt fidei, gratia gratum faciente careant necessum est, qua destituti, quicquid habent, ac possident, ad salutem non habent, abutentes sermone sapientiæ & scientiæ, item dono linguarum & interpretatione sermonum ad subuersionem hominum & deprauationem scripturarum. Sed de hoc satis, nunc permittite, vt ad id reuertamur, vnde disputatio digressi sumus, nimirum ad demonstrandum adhuc amplius Mart. Lutherum hæreticum merito censendum esse, atque pro tali ha-

Hæreti habitum fidei non habent.

C 3 bendum

IOANN. SLOT. GEF.
bendum. CACO. Et quid amplius ad
ferre potes?

CAPVT VI.

**Martinus
Lutherus
hæreticus
fuit,
Lutherus
semetip-
sum pro-
prio ore
cõdemna-
uit hære-
ticum,**

Ad Tit 3

ORTHO. Audisti (si meministi)
Martinum Lutherum fuisse de
magisterio Ioannis Hus gloriatum,
quodq; decies plus illo hæreticus fue-
rit atq; sit, quippe qui multo plura &
grauiora quàm ille scripserit, & docue-
rit. Ecce hic audis Lutherum semetip-
sum tanquam hæreticum condemnan-
tem. Eapropter cõstat eum hæreticum esse,
ore proprio condemnatum. Et ecce quis
est, q de hoc ambigere possit, modò ver-
ba Apostoli ad Titum expendat, quib.
asserit. hæreticum hominem post vnã & secun-
dam correptionem nõ resipiscentem, sub-
uersum esse, & proprio iudicio condem-
natum? Quæ verba si quis Luthero appli-
care voluerit, nõne eum aptissimè hæreti-
cum declarabit? Ille etem nõ tm̃ semel aut
bis correptus, sed frequenter: nõ à qui-
busuis, sed à summis principibus, à Chri-
stiani orbis monarchis, pontificibus vi-
delicet maximis, & Cæsare clementissi-
mo Carolo V. ab alijs quoq; principib.

&

DE RETI. FIDE ORT. 12

& regibus, à doctissimis quibusq; viris, Episcopis & Theologis sollicitatus, vt ad saniorē mentē rediret, sed frustra. Nā ad vnionem Ecclesiæ & concordia, ad fidei rectæ integritatē redire cōtemptit, & semper seipso deterior, durior, intractabilior & pestilētior effectus, prioribus malis atq; erroribus, posteriora longè deteriora adiecit. Et nō solū illos omnes (quos meritō tanq̄ iudices à Deo constitutos venerari & reuereri debuerat) superbissimè præ se contempnit, veū etiā summis iniurijs, contumelijs, mendacijs, calūnijs, diuersisq; alijs ludibrijs affecit, atque famam eorum (quantū in ipso fuit) p̄scidit, vt eos vulgo odiosos redderet. Cū itaq; spontaneus recesserit à communi patrum sensu, quo cum eius doctrina ex dyametro pugnat, non immeritō doctrinam illius tāquam hæreticā & peregrinam fugimus & detestamur. Qui enim pertinacia perire maluit, & sua ab Ecclesia discedere insania, qui eam perfidiam, per quam ante se multos sciebat perijsse, sectari potius elegit, quàm vnanimi pa-

IOANN. SLOT. GEF.

trum consensui adhærere, qui religio-
sum atq; catholicum existimauit apud
se, quod sanctorum patrum iudicio, in
Vvicleui perfidia, in Ioannis Hus de-
mentia, & in Hieronymi Pragensis in-
fania, constat esse damnatum, rectè à Ca-
tholicis & Orthodoxis viris pro hereti-
co habetur. Et idcirco secundum D.
Paulum à semetipso damnatus dicitur,
quòd suo nimirum arbitrio de Eccle-
sia recesserit. Nemini profectò dubium
esse potest, quin Ecclesia fuerit prius-
quam Lutherus natus esset, atque ita
credidisse, quemadmodum modò cre-
dit. Verùm cum ipse alia quædam noua
dogmata, contra fidem Ecclesiæ intro-
duxerit, quis planè non perspicit, eum
ab Ecclesia in dogmatibus dissensisse,
& ab eadem exemisse seipsum? Ipse (in-
quit Ambrosius) se damnat hæreticus,
cum de Ecclesia ipse se proijcit. Ipse e-
nim ostendit quid mereatur à cunctis,
qui suo iudicio separatur à cunctis. Ip-
se, inquam, se damnat hæreticus, quia
cum omnes criminosi, Episcopi senten-
tia proijciantur de consortio Christia-

in ser. 50

no

no, hæreticus cuncta præueniens, sententia suæ voluntatis abiicitur. Tali ergo hæreticus, quali & Iudas pœna damnatur, vt idem sui, & reus sit sceleris, & iudex sit vltionis. Tali, inquam, hæreticus, quali & Iudas pœna damnatur, nec immeritò, quia Dominum quem ille vendidit iste blasphematur, quem ille per sequutoribus tradidit, quotidie iste persequitur. Hactenus ille. Martinus ergo primùm à semetipso damnatus est, deinde quoque ab Academijs Christiani orbis insignioribus, à Pontifice Maximo, & à Clementissimo Cæsare nostro Carolo V. nec nõ etiam ab alijs Catholicis regibus Gallix, Polonix &c. & aliarum ditionum Principibus multis, neque dubium quin ipse (licet vita functus) vnà cum asseclis suis adhuc viuentibus ab Oecumeni Consilio sit dandus, atque tanquam Hæreticus anathematizandus, vnà cum dogmatibus suis & discipulorum suorum, vt nemo posthac possit esse à contagione pestifera excusatus, si post tot tantorumque virorum iudicia, maluerit in errore persistere,

Hæreticus
& Iudas
pari pœna
damnatur

IO ANN. SLOT. GEF.

fistere, quàm veritatem limpidissimam
intueri atque amplecti. S. Augustinus
libro 18. de Ciuitate Dei cap. 15. Qui
(inquit) in Ecclesia Christi morbidum
aliquid prauumq; sapiunt, si correpti,
vt sanum rectumq; sapiant, resistunt
contumaciter, suaq; pestifera & morti-
fera dogmata, emendare nolunt, sed de-
fensare persistunt, hæretici fiunt, & fo-
ras exeuntes, habentur in exercentibus
inimicis. Porrò quum talis fuerit Lu-
therus (quemadmodum ostensum est)
quis eum ab hæresi poterit vindicare?

CAPVT VIII.

CAACO. Satis multis adstruxisti
Martinum Lutherum tanquã hæ-
reticum condemnatum, & adhuc à ge-
nerali Concilio condemnandum, vt ne-
mo sit qui de falsitate doctrinæ illius
meritò addubitare debeat. Verùm hos
omnes, quos condemnatores illius esse
affirmans, ipse (dum adhuc viueret)
& verbis & scriptis hæreticos vocitare
solebat, asserens apud eos non esse Ec-
clesiam, sed synagogam Sathanæ, a-
pud se autem suosque, veram esse Ec-
clesi-

DE RETI. FIDE ORTH. 14

clesiam, ibi esse veram orthodoxam
 & apostolicam doctrinam, purum Dei
 verbum, illos autem verbi Dei me-
 ros esse adulteratores, & idcirco non
 esse de Ecclesia, sed illos solos ad Ec-
 clesiam pertinere, qui secum sentirent
 & in doctrina & sacramentorum ad-
 ministratione conuenirent. ORTHO.
 Non est hoc nouum, mi Cacodoxe.
 Nam singuli quique cœtus hæretico-
 (vt Lactantius inquit) se potissimum
 Christianos, & suam esse Catholicam
 Ecclesiam putant. Sic Marcionitæ &
 Valentiniani olim fecerunt. Vtrique
 se Catholicos & Orthodoxos dici vo-
 luerunt, cæteros appellarunt hæreti-
 cos. Sic Nouatiani se Catharos, hoc
 est, puros & mundos vocabant, cæte-
 ros omnes impuros. Sic Arriani cun-
 ctos à secta sua alienos (qui tamen verè
 catholici & orthodoxi erant) crimina-
 bantur, tanquam fidei scripturarumq;
 peruersores. Et Donatistæ hæreticos se
 negabant, seq; solos in Ecclesia esse præ-
 dicabant, cæteros omnes ab eadem ex-
 cludebant. Ita fecerunt etiam post-
 modum

Hæreti,
 nomen he
 reseos traſ
 ferunt, &
 Ecclesiam
 sibi ven-
 dicant.

IOANN. SLOT. GEF.

In lib. de
præscri.
hæretic.

modum Hufsitæ, Vvicleuiftæ, Vval-
denfes, Apostolici, Angelici, & omnes
omnium ætatum hæretici, neminem ad
Ecclesiam pertinere contendentes, nisi
qui in perfidia (ipsi fidem nūcupabāt)
cum ipsis communicaret. Hæc utique
(inquit Tertulianus) & ipsi habent in
nos retorquere. Neceffe est enim & il-
los dicere, nobis potius adulteria scrip-
turarum & expositionum eorum men-
dacia inferri, qui proinde sibi defendāt
veritatem. Hos omnes tanquam patres,
auos, proauos, attauosq; suos insequu-
tus Martinus, eos qui verè Catholici &
Orthodoxi sunt, hæreticos, apostatas
atque Antichristi discipulos appella-
bat, eos autem quos Ecclesia tanquam
hæreticos condemnauit, Catholicos ap-
pellare consuevit. Hoc enim (quemad-
modū paucis exemplis iam tibi demō-
stratum est) omnibus hæreticis semper
fuit peculiare, transferre videlicet no-
men hæretici à se ad Catholicos, & Ec-
clesiam ab Orthodoxis, ad suam seātā
trahere. Non mirum ergo, si hoc itidem
fecerit Lutherus, non mirum (inquit
Plautus)

Pla
ni
se
tis
tic
qu
de
qu
dic
pra
mo
fact
cre
anu
uat
(qu
tam
non
rebe
apu
lico
Hila
Syn
men
Vrfa
doap

DE RETI. FIDE ORTH. 15

Plautus) si patriſſat filius. Et pater omnium hæreticorum diabolus, Chriſtū ſeſe frequenter mentitur. Sed de his factis. S. Bernardus ſermone 66. in Cantica canticorum idipſum etiam teſtatur, quod hoc capite aſſeruimus, loquens de hæreticis ſui temporis: Se dicunt, inquit, Eccleſiam, ſed contradicūt ei qui dicit: Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Ita ne lapidem de monte abſciſum ſine manibus, montē factum, & implentem mundum, veſtris creditis incluſum antris? Sed & Cyprianus in epiſtola ad Iubaianum, de Nouatiano ſcribit, quòd more ſimiarum (quę cum homines non ſint, homines tamen imitantur) cum ipſe in Eccleſia non eſſet, ſed inſuper contra Eccleſiam rebellis exiſteret, hoc ſibi vendicaſſe, vt apud ſe Eccleſiam eſſe diceret, ac catholicos hæreticos pronuntiaret. S. etiam Hilarius narrat ſuo ſæculo, Antichriſti Synagogam, Eccleſiam ſe Chriſti eſſe mentitam. Loquēs enim de Saturnino, Vrfatio, & Valente Arrianis, & de pſeudoapostoſis (qui alios Episcopos ad Synodum

Matt. 13.
Dan. 2

In lib. ad
Conſtantium,

nodum

IOANN. SLO. GEF.

nodum Biturensem compulerant) ait:
Denique exinde, nihil in tempore ma-
lè dictum, nihil in eam quæ tum, se
Christi Ecclesiam mentiebatur, nunc
autem Antichristi est Synagoga, &c.
Quid de Donatistis dicam? de quibus
frequenter scribit Augustinus, quòd
Ecclesiam in Aphrica tantum esse, e-
aque non tota, sed in parte Donati
contenderent? Quid ergo noui fecit no-
stro seculo Martinus Lutherus, qui
cum se nefario scelere ab vnitae ca-
tholica, tanquam ab area dominica se-
parauit, suo cœtui, quem collegit, Ec-
clesiæ nomen vendicauit? Neque e-
nim mirum id alicui videri debet, hē-
reticos tantopere contendere, id quod
non sunt videri. Nam (vt Sanctus Am-
brosius author est) sicut ad impugnan-
dam legem, vera legis, sic ad euerten-
dam Ecclesiam, nomen ecclesiæ osten-
dere conatur.

Ambro. in
epist ad
Titum c. 8.

CAPVT IX.

Possem quidē tibi Cacodoxe, mul-
tis rationibus demonstrare, apud
Lutho-

DE RETI. FIDE. ORT. 16

Lutherum eiusque sectatores, non posse esse catholicam & apostolicam Ecclesiam, si non metuerem me oleum & operam omnem perditurum, eò quòd exploratum habeam, te ita illi sectæ addictum, vt nihil æquo animo tibi dici patiaris, quòd ei videatur aduersari. Quòd si me patienter audias, measque rationes æquo iudicio expendas, non dubito futurum, quin citò sententiam sis mutaturus tuam, vbi cognoueris nõ esse veram Ecclesiam, sed sectam & hæresim perniciosissimam. CACOD.

Quibus ratiocinationibus quæso id te posse docere confidis Orthodoxe? OR.

Vnica. CACO. Quanam? OR. Ista, Ecclesia consistit in vinculo vnionis & pacis, recto vsu sacramentorum, doctrina sana & apostolica, per spiritum sanctum viua traditione, quam ipsa per successione seriem Episcoporum & patrum, ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo accepit.

Atqui apud Lutheranos omnia sunt extranea, & apostolicę doctrine contraria, vbi & fidei dogmata suspecta sunt

&

Ecclesia catholica in quibus consistat.

IOANN. SLO. GEF.

& sacramentorum vsus minimè ecclesiasticus, sed peruersus, & ab Ecclesiæ cōsuetudine alienus: adhæc neque est apud eos vnionis & pacis vinculum. Cōstat proinde apud eos non esse Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. CAC. Audiui rationem, verùm quibus rationibus, quibus scripturis aut autoritatibus eam vnquam confirmabis? Eandem quippe ratiocinationem, & nostri in vestros retorquere possunt, atque demonstrare, hæc omnia apud vos esse extranea & apostolicæ doctrinæ contraria, & proinde non apud vos, sed apud nos esse veram Ecclesiam, vbi omnia hæc in ea puritate administrantur, qua à Christo instituta sunt. ORT. Adstruunt vobis duntaxat inanibus, nihil reuera probantes, aut factò exhibentes. CACO. Quasi tu aduersus eos hæc vnquam posses probare? ORTH. Vtique possum. Verùm quia tempus nos nunc aliò vocat, non volumen tibi trado, in quo singulas propositiones ita munitas & confirmatas probatasque esse confido, vt talpa cæcior sis futurus, nisi lumen veritatis

DE RETI. FIDE ORTH. 17

ritatis relicta perfidia nocte, amplectaris. Mense etenim iam elapso, cum hac ratiocinationem cum alijs quibusdam exercitij gratia (vt apud nos moris est) proposuissem, ac defendendam suscepissem, rationes omnes quas tunc è sacris literis, atque priscorum patrum orthodoxorumq; doctorũ præclaris monumentis potui colligere, in hoc volumen (vt semper eas ad manum haberẽ) congepsi, quod modò tibi perlegẽdum trado, ea tamen lege & conditione, vt post illius lectionem illud mihi reportes, iudicium tuum de ijs quę in eo continentur, ingenuè prolaturus. CACO. Age fiat. Conditionem recipio. ORT. Sed velim te affectionibus omnibus paulisper semotis, cum vero iudicio volumen euoluere, atque expendere, non à quo, sed quid dicatur: & considerare non quòd aduersum vestros, rationes meæ militent, sed quòd veritas ostendatur, & Dei causa & Ecclesiæ defendatur. CACO. Curabitur.

Ð LIBER